

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Societas k
cum fonte primo

Melius est habere malorum odium quam consorcium. Sicut bona multa habet communis uita sanctorum, sic plurima mala societas affert malorum.

Ysidorus ibidem (libro II. soliloquiorum).

Melius est habere malorum odium, quam consorcium; sicut multa bona habet communis uita sanctorum, sic plurima mala affert societas malorum;
qui enim tetigerit immundum, coinquinabitur ab eo; claude etiam aures tuas, ne audias malum.

Isidorus Hispalensis, *Synonyma de lamentatione animae peccatricis*, 2, 44 (PL 83, col.855D).